

Johann Heinrich Becker

**Programma Fvnebre, Qvo Rector Academiae Rostochiensis, Ioannes Henricvs  
Becker ... Memoriam Viri, Dvm Viveret ... Dni. Hermanni Christophori Engelcken,  
Phil. Et S. Theol. Doctoris ... Omnibvs Bonis Diligentissime Commendat, Et Ad  
Evndvm B. Viro Theologo Exeqvias, Die XVII. Ianvar. A. C. M DCCXLII. A  
Moestissima Matrona Vidva Paratas, Cives O. O. Honoratissimos ... Invitat**

Rostochii: Typis Johannis Jacobi Adleri, [1742]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1793847487>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Proboten Proctorab-Programme, meist  
Todesfälle in Proboten Eingewanderten Familien bzw.  
Größen Heil und dem nächsten Jagdgebiet.  
Ordnungsbuch geordnet.

Litr. A — H.

Im Juni 1859 und dem Neujahr des Graf. Hofrat Piper  
zu Güstrow erworben.

(Zurück auf die Familien v. Klein, v. Kravitz u. a.)

82 Stücke

Mklb Gen

2/3I-40



Revis.  
1833

F. A. Aepinus, + 1758.

A. Ahrend, + 1730.

Anna Kohl, n. Ampel, + 1709.

Cath. Ampel, vid. Kleinpi, + 1725.

Magd. Brand, ux. O. P. Möleri, + 1733.

J. H. Balke, + 1778.

J. H. Becker, + 1774.

P. Becker, + 1753.

J. J. Bentzen, + 1725.

Cath. Marg. Besselin, vid. Jac. Burgmann, + 1731.

Just. Reg. Besselin et Ann. U. Hever, vid.

Ch. M. Hever, Roff, + 1742.

V. J. Besselin, + 1755.

Cath. Bloeksdorff, vid. Viet. Puffer,

+ 1715.

Cath. Burchard, n. Bourgund, + 1740.

Ch. M. Burchard, + 1742.

Jac. Burgmann, + 1724.

J. H. Burgmann, + 1746.

J. P. Burgmann, + 1775.

J. Carmon, + 1743.

J. H. Carstens, + 1731.

J. F. Celle, + 1729.

P. Ciese, + 1746.

Ann. Cath. Coeh, + 1726.

G. Crause, + 1723.

Ch. Crule, + 1748.

J. F. Crull, + 1757.

J. A. Curtius, + 1740.

J. Ch. Dancwarth, + 1755.

Anna Decker, conj. Meinauni, + 1739.

G. Deharding, + 1747.

Georg. Jul. Dittmar, ux. J. Carmon.

Ag. Doercks, conj. F. A. Aepini, + 1736.

Ch. Doercks, mar. Nettelblatt, + 1753.

Marg. Doercks, mar. Lief, + 1755.

J. A. Duve, + 1728.

Ann. Soph. Eggerdes, ux. G. Ch. Handwigen,

+ 1743.

Matth. Joh. Eggerdes, + 1718.

Matth. Hinr. Eggerdes, + 1722.

J. L. Engel, + 1758.

H. A. Engelen, + 1734.

H. Ch. Engelen, + 1742.

J. F. Eyllers, + 1749.

Chr. Ed. Forster, vid. Ch. R. Holten, + 1734.

Cath. Chr. Fischer, vid. A. Willebrandt,

+ 1742.

Hel. de Klein, nat. Gerdjen, + 1730.

P. Gerling, + 1778.

H. Goltermann, + 1733.

Ann. El. Groth, vid. Krauel, + 1739.

Alb. Kleins, + 1733.

Matth. Ben. Hering, + 1750.

G. Herkepaus, + 1745.

Cath. Mar. Eyler, geb. Kitten, + 1756.

Ann. Soph. Holsten, conj. J. D. Spalding, + 1740.

El. Kopp, norm. Crull, + 1766.

Ann. Hedro. Korn, conj. V. J. Bepelin, + 1730.

El. J. Förek, + 1728.

Joh. Joach. Förek, + 1729.

P. Chr. Kämpfer, + 1755.

Joh. de Klein, + 1732.

Wend. Kleinschmidt, vid. J. J. Bepelin,  
+ 1726.

Ann. Marg. Knefbeck, conj. H. Golden-  
mann, + 1738.

A. L. Knefbeck, norm. Hoppen, + 1747.

D. H. Koepcken, + 1731.

G. W. Koepcken, + 1732.

F. E. Kohl, + 1738.

Anna Kortholt, vid. J. Lindemanni,  
+ 1743.

A. J. v. Krackevitz, + 1732.

J. Krauel, + 1750.

## PROGRAMMMA FVNEBRE,

QVO

RECTOR ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS,  
**IOANNES HENRICVS BECKER,**  
 PHIL. ET S. THEOL. D. MORAL. PROF. PVBL. ORD.  
 AD DIV. NICOL. ECCLESIASTES,

MEMORIAM

VIRI, DVM VIVERET,  
*SVMME REVERENDI EXCELLENTISSIMI  
 ET AMPLISSIMI,*

**DNI. HERMANNI  
 CHRISTOPHORI**

**SSSSSSSSSS,**

PHIL. ET S. THEOL. DOCTORIS ET PROFES-  
 SORIS PVBL. ORD. LONGE CELEBERRIMI, S. R. FACVLT.  
 THEOL. SENIORIS GRAVISSIMI, ET AD AEDEM  
 DIV. IOANNIS PASTORIS FIDELISSIMI  
 MERITISSIMI,

*OMNIBVS BONIS DILIGENTISSIME COMMENDAT,*

ET

AD EVNDVM B. VIRO THEOLOGO

EXEQVIAS,

*DIE XVII. IANVAR. A. C. clo lcccxlII.*

A

**MOESTISSIMA MATRONA  
 VIDVA**

PARATAS,



**CIVES O. O. HONORATISSIMOS,**

QVA PAR EST OBSERVANTIA ATQVE HVMANITATE  
 CONVOCAT AC INVITAT.

---

 ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS JACOBI ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.



Vi ante paucos annos, nimirum, Ao. clb l<sup>o</sup> ccxxxiv. Fratri *HENRICO ASCANIO, S. S. Th. Doctori, & in Academia Rosea ante hac Professore Publico Extraordinario celeberrimo, post districtum Parchimensis & Mecklenburgensis Superintendenti grauiissimo, ad Aedem Parchimensem D. Georgii, Antistiti vigilantissimo, ac Lycei oppidani Scholarchae primario Spectatissimo*, publico Programmate lugubri parentauerat, **HERMANNVS CHRISTOPHORVS ENGELER**, S. S. Theol. Doct. Eiusque Professor Publ. Ordin. Fctatis Theol. Senior, & t. t. Decanus, ad Aedem D. Ioann: Pastor vigilantissimus, **ILLI**, ecce! nunc ego, hoc publico programmate, ex officii ratione parentandum habeo. Quis mihi iterum serius, citius, id nouit, qui omnia. Ita vero nobiscum, mortale hoc tentorium inhabitantibus comparatum est: vita nostra fugax, statio incerta, morte nil certius tam iis, qui recte valent, quam illis, quibus est dubia valetudo. S. BERNHARDVS, quid, ait, in rebus humanis certius est morte, quid incertius hora mortis inuenitur? Non miseretur inopiae, non reueretur diuitias, non sapientiae, non moribus, non aetati denique parcit: nisi, quod senibus mors est in ianuis, iuuenibus vero in insidiis? Quantane erat B. Viro *εὐκρασία*, quam

quam robusta corporis constitutio? ut certe longioris, qua dignus fuisset, vitae spem, omnium aduersae valetudinis insultuum fere per integram aetatem ignarus, faceret facile cunctis. Verum is, qui de omnibus rebus disponit, numeravit nostros dies annosque, praefixit nobis viuendi metam, nos euocat è statione quando ipsi visum est. Eius quoque nutu, ex hac vita migravit modo nominatus *Theologus*, in cuius obitu iacturam facit Ecclesia, Orbis litteratus, Academia, S. R. Facultas Theologica, coetus Ioannaeus & quicumque demum bonus atque cordatus. Erat enim is, cuius sinceram Orthodoxiam & in custodienda doctrinae coelestis puritate diligentiam, cuius solidam eruditionem, cuius studiosae iuuentuti inferuendi industriam, cuius vastam lectionem, iudicii acumen, sermonis flumen, animi aequitatem, & quae non alia dona, qui illum nouerit, ex vero depraedicabit.

Abit hic *THEOLOGVS* tempore, quo Ecclesia Euangelica cordatis Theologis maxime opus habet, dum vndiquaque vno hoste pluribus premi videtur. Late longeque non serpit sed vagatur *Fanaticismus, Pietismus, Naturalismus, Atheismus, & Reformatismus* quidam *Philosophicus*, magno consensu introductus, caput eo extollere videtur, vt ipsam theologiam reformare gestiat. His quidem, qui religionis aut tepore & indifferentia, aut fastidio odioque ducuntur, Theologi, quiduis sentiendi & scribendi lasciuiam capistrantes, exosi sunt maleque audiunt; parvus tamen Christi grex muniendus & custodiendus est contra periculosos errores, coelestisque doctrinae carum depositum illibatum tuendum! Vnde, qui, quantopere sentiendi Libertinismus hodie grassetur, quantusque sit cumulus pestiferarum opinionum, & venenatorum scriptorum, quibus verbum DEI & reuelata doctrina suspecta redduntur, imo audaci conamine subruuntur, maturius secum reputauerit; is certe inter maxima DEI beneficia collocabit, quod non deficient haecenus pii doctique Theologi, qui pro veritate strenue decertantes, impietati laruam, sub qua speciose latet, detrahant, infaustaque, quibus hostis infernalis incautos circumuenire, sanctamque fidem sublaetae fidei reddere intendit, conamina, aggere velut obiecto, irrita facere laborent. Eo, proh! deuentum est his temporibus, vt sub libertatis, non solum conscientiae, sed & sub scrutandi veritatem melioris occasionis, praetextu, cuique integrum sit, sua aliorumque somnia, & portentosas, imo hostiles in sanctam religionem, commentationes, publicae luci exponere. : Quamuis sit eorum, qui in veritate se confirmandi, quam eorum, qui a veritate deflectendi ansam inde & motiua sumunt, minor omnino numerus. Eruditus Author, qui famosi Angli, MATTHÆI TINDALII librum periculosissimum fideique inimicissimum in vernaculae nostrae idioma transtulit, ediditque clccxxxi. sub Tit. *Beweis, daß das Christenthum so alt sey, als die Welt,* nebst Hrn IACOB JOSSENS *Wiederlegung*, in praefatione cumulare non dubitauit argumenta, quibus probare voluit, faciendam esse cuique copiam atque licentiam, suam de fide & religione sententiam, sine metu & periculo, cum omni libertate, scriptis profitendi & propalandi. Hac licentia superstitioni, inter sectas Christianas re-

gnanti, optime posse poni obicem, imo quemcunque obstrictum esse putat, vt in felicitatem generis humani patefaciat id, quod, secundum suam mentis persuasionem, in capite religionis detexerit. Putat, vim inferri conscientiae, si, qui sibi videtur per conscientiam eo ferri, vt cogitata sua in publicam salutem propalet, ne illud exequatur institutum, is cohibeatur. Taceo copiose plura, quae ita comparata sunt, vt Naturalismo & sentiendi Libertinismo patulas fores aperiant, veritatemque in magnum discrimen adducant.

Inualescens autem *Rationalismus* his opinionibus hisque seculi moribus certissime obstetricatur: ille antequam dominari coepit in *Germania*, cumque apud *Anglos*, *Italos*, *Gallos* potius subsisteret, vbera quoque librorum scriptorumque, quibus fides & religio sollicitatur & impugnatur, seges, aqua nos non est reperta. Cum vero recentius in nostra quoque *Germania* de viribus et rectitudine humanae rationis nimia praesumptio nasci & tanto adplausu doceri coepit; mirum non est, augeri quoque numerum eorum, qui rationem supra reuelationem euehere, & de hac ex illius principiis atque regulis existimare conantur. In peius ruunt tempora, & quid quaerat satanas, zizaniâ fere complens & obrauens angustum aruum Ecclesiae, pio cuique latere non potest. Intanto igitur noxiorum scriptorum pessimarumque opinionum prouentu, de quibus iudicare, illasque refellere non sane est cuiusuis; quum summo rationis acuminis, vt se infinet, virulenta malitia utatur, tolle Theologos, monstrosos istos ingenii foetus sub examen & limam vocantes, & videbis breui tempore regnum lucis adeo oppressum, vt *Diogenis* lucerna opus sit; videbis, christianam fidem, veritatesque reuelatas, a *Naturalismo* pene absorptas. Quale facinus tentauit infelix ille Bibliorum peruersor *Werthemien*sis, in *der freyen Uebersetzung* &c. Cuius cepti pessimi operis vt colophonem nunquam videat orbis, quiuis christianus nobiscum optabit. Haec tristitia quae Ecclesiam anxiam habent, fata, vti Theologo industrio mirum quantum facebant, eiusque operam reddunt longe difficillimam (quantine enim laboris est, in immensis tricis & sophismatibus soluendis, fraudibus detegendis, & impudentissimis contra fidem directis inculpationibus atque calumniis refutandis quotidie fere de nouo desudare) ita Theologos doctos & pro salute Ecclesiae vigiles ex necessitate postulant. Non vero omnes, qui, quae ad salutem scitu sunt & creditu necessaria, callent, & qui in doctrina coelesti illos habent profectus, vt populum publice docendi munus illis credi possit, hoc sensu sunt & ad hunc finem satis apti Theologi; sed illi sunt, quorum adcurata mysteriorum diuinorum cognitio conjuncta est cum excellenti *δυναμει*, *ἰσχυρῶς* *ἡλεγοῦσθαι* *ἐλεγχεῖν* *καὶ* *ἐπιστομίζειν*, illi sunt, qui controuersias de fide benonorunt, puramque doctrinam contra aduersarios quosuis defendendi & confirmandi, strophasque argutiores refellendi adquisiuerunt promittitudinem; illi sunt, qui de rebus difficilioris indaginis conscientiaeque casibus responsa aliis dare queunt, analogiam fidei in omnibus illaesam illibatamque seruantes: Apostolus ideo Theologum vocat *τον ἰσχυρῶς ἐνθρονον* *προς* *παν* *εργον* *αγαθον* *εξηρητισμενον* 2. Tim. III. 17. Et laudatur *Απολλο*, quod fuerit *δυνατος* *εν* *ἰσχυρῶς* *γραφοις*. Act. XVIII. 24.

Viri

Viris in salutari doctrina ita versatis DEUS semper usus est in Ecclesia sua instituenda & conservanda. In Vet. Testamento Sacerdotes legem DEI interpretari, custodire, docere, inque puritatem cultus divini vigilare debebant. Legimus *Malach. II. 7. Labia Sacerdotis custodire debent scientiam, ut legem quaerant ex ore, eius, quia Angelus Iehovae Zebaoth ille.* In rebus dubiis, Summus praecipue sacerdos è lege diuina responsa reddens, audiri debeat, ita, *ut si quis fecerit petulanter, & non audierit sacerdotem, stantem ad ministrandum ibi Iehovae, morti traderetur. Deut. XVII. II.* Vnde legisperiti dicuntur habere τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως *Luc. XI. 52.* Et quis ignorat, erectis postea in Iudaica gente Synagogis, quarum antiquitatem aliqui, iam ante Davidis tempora ponunt, vid. THOM. GOODWINI *Mosen & Aaronem* p. 1611. Studio Theologico multos ita operam dedisse, ut sacram scripturam interpretari & religionis capita docere & defendere potuerint. Vocantur hi in scriptura noui Testamenti & διδασκαλαὶ & distinguuntur in σοφοὶ, γραμματεῖς & συζητηταί, sicut & τῶν νομικῶν saepius fit mentio. Sunt vocabula officii & studii, quamuis theologiae ita operam dantes certae sectae, siue *Pharisaeorum*, siue *Sadducaeorum*, siue *Essaeorum*, tempore Christi, addicti erant. B. Saluator vult, ut gens Iudaica inter insignia beneficia diuina reputet, quod mittat ad illam προφητας, καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς. *Matth. XXIII. 34.* Cum deinde institueretur Ecclesia Noui Test. Apostoli summi erant, per extraordinaria Spiritus sancti, eaque miraculosa dona & ἐλάμψιν immediatam, Theologi, docentes publice vt Ecclesiae Ministri scripturam interpretantes, vt Hermenevtae, respondentes de casibus dubiis, vt Casuistae, refellentes falsas doctrinas, vt Polemici. Ea quidem, quae primis plantatae Ecclesiae temporibus, florebat fidei simplicitas, & verae pietatis puritas, illa studia illosque difficiles labores a Theologo non requirebat, quae requiruntur hodie, vbi, vtrum malitia & astutia, doctrinae puritati insidians, an doctrina & eruditio, errorum impietatem redarguens, ad maius culmen creuerint, anceps est quaestio. At pacis & fidei concordis felicitate, quum non diu frueretur Ecclesia, sed orirentur haereses & damnandi, basin fidei quassantes, errores, plus deinceps habuerunt negotii, quibus salus Ecclesiae erat commissa. Episcopi autem Ecclesiarum, & qui hodie adhuc *Patrum* nomine celebrantur, hanc sibi curam incumbere putantes, illius temporis strenuos se gesserunt Theologos. Quanta etiam postea sub tyrannide papali, subiugata quasi Ecclesia, & sordibus erroribusque mixta veritate, fuerit ignorantia, barbaries, superstitio & errorum colluies; DEUS tamen, sicut pusillum in abdito gregem semper conseruauit, ita & omni tempore suscitauit doctos & pios viros Theologos Antichristo contradicentes veramque fidem adserentes, de quibus agit MATTHIAS FLACIUS, in *Catalogo Testium veritatis* & M. GEORG. CONR. KIEGERVS, passim, in *der Historie der alten und neuen Böhmisches Brüder.* Postquam autem ante duo secula & quod excurrit, DEUS Opt. Max. per felicissimam B. LVTHERI Reformationem, euangelium luci suae restituit, Ecclesiam repurgauit & instaurauit, doctrinam coelestem puram, claram & vberimam reddidit, studiisque cunctis florem & in-

(B)

cre-

erementum concessit, Doctores quoque Theologos celebres, pios, strenuos exfufcitauit. Vti enim iam antea Vniuerfitates studiorum, seu Schola almae & eminentiores, quas *Academias* adpellamus, erectae erant; ita a tempore reformationis, sicut alia studia, sic & theologicum, excellenter sunt exulta, *Academiarum* Nutritores, summique Magistratus eo laborarunt, vt in Theologicis Facultatibus Doctores Professoresque constituerent tales Viros, quibus non modo Iuuenum institutionem, verum etiam curam veritatis coelestis, vt eam, pro virili, sancte docerent, fortiter defenderent, erroribusque & corruptelis, ne licite grassarentur, se opponerent, tuto committerent.

Ita euangelica veritas salua & intemerata, in nostra quoque Academia usque hunc diem mansit, quae singularis est, & nunquam satis depraedicanda gratia DEL. Si quae enim alia, nostra certe Academia orthodoxiae gloriam tuetur, & celebris est, si quae alia, talium Theologorum serie, quibus in eruditionis, vigilantiae & insignium in Ecclesiam meritorum laude, palmam nemo reddet dubiam. Possent hic nominare ex antiquioribus & recentioribus multos, qui nominis immortalitatem, famamque per orbem nullo seculo delendam scriptis & meritis indepti sunt, nisi cuius litterato essent notissimi; praesertim, quum pia illorum memoria indies apud nos recolatur, in litteratissimis paginis, quae singula septimana hic prodeunt, sub rubro: *Etwas von gelehrten Rostockischen Sachen*. Certo patria nostra vrbs & Academia nulli in hoc passu secunda, inter beneficia diuina primae omnino classis id refert, quod salutarem coelestemque doctrinam nullo fermento inquinatam & corruptam in moeniis suis, cathedrisque academicis pariter ac ecclesiasticis resonantem habeat. Quam felicitatem, vt illi benignissimus DEUS ad seculi finem conseruet, omnes optamus atque precamur ardentissime. Inter hos autem quorum operam summus ecclesiae Archiepiscopus vsus apud nos fuit, vt sui nominis gloriam, sui regni commodum, suae veritatis lucem, ecclesiae non minus, quam Academiae huius emolumentum promoueret, fuit quoque Vir, dum viueret, *Summe Reuerendus, Excellentissimus, Amplissimus, Doctissimus, Dominus HERMANNVS CHRISTOPHORVS ENGELCKEN*, Phil. & S. S. Theol. Doctor atque Professor Publicus Ordinarius longe famigeratissimus, Facultatis Theol. Senior Grauissimus, ad Aem D. 10-annis Pastor fidelissimus, meritissimus, qui cathedram academicam & ecclesiasticam per plures annos egregie ornauit, in gregis Christi commodum assiduo vigilauit, docendo, legendo, disputando multis profuit (Sicut & me illo olim praepceptore vsus esse, studiorumque promotorem illum habuisse, gratus recordor & profiteor) veritatem diuinam amplificauit atque defendit; verbo, Theologum se gessit, cuius fama, quae orbem litteratum dudum percrebuit, nunquam est intermoritura. Faciet insuper quoque haec pagina ad istum scopum aliquid; nimirum de B. Viri vitae curriculo, *Ciues Optimi!* paucis illa accipietis, quae notatu erunt dignissima. Scripta autem Eius non quaeritis hoc loco, sed in publ. Programmate, quo funus hodiernum, memoriamque, nostri Theologi ex more prosequitur S. Reu. FCtatis Theologicae Dn. Decanus Spectabilissimus, collecta & recensita reperietis.

Lau-

Laudatissimam igitur beate *Defuncti* vitam expositurus, quo stemmate natus, qua cura educatus, & ad illa, quae sollertissime postea obiit munia, paulatim praeparatus sit, primo indicandum habeo.

Lucem *is*, *ὑπὲρ αἰώνιis*, primam adspexit anno aerae christianae cl<sup>o</sup> clxxix. die ix. Iunii *Iennevitzi*, quod praedium situm est in districtu Dobberanensi huius Ducatus Megapolitani. *Patrem* salutavit Dn. CHRISTIANVM PETRUM ENGELEREN, Virum honestissimum, praedii Ienneuitzensis tunc praefectum, postea Dominum hypothecarium in Schwastorff. *Matrem* vero habuit Matronam nobilissimam & omnibus virtutibus decoratam ELISABETHAM von der HARDT. *Auus* e linea Paterna illi fuit, Dn. HENRICVS ENGELEREN, ante iam dicti praedii Ienneuitzensis Praefectus, quem Virum benignitas diuina ad seram felicemque prouexit senectam. *Auia* e linea Paterna gauisus est ELISABETHA REPPENHAGEN, filia IOACHIMI REPPENHAGEN, Senatoris fulgidissimi in vrbe Wismariensi. *Auum* in linea materna habuit ASCANIVM von der HARDT, Haereditarium in *Deters- & Hansbagen*: *Auiam* in eadem linea SOPHIAM de HAHN, filiam Generosissimi Dn. IOACHIMI de HAHN, Haereditarii in feudo Ingermanniae *Oesterhoff*: Vterius ad *Maiores* b. *Theologi* in vtraque linea ascendere opus haud erit, quum ex modo adlatis, quam honesta ex prosapia ortum traxerit, liquido satis adpareat. Honoris tamen & meritorum causa nominandus hic est *Proauus* in linea paterna: B. Dn. CHRISTIANVS ENGELEREN, Phil. Magister & circuli Dobberanensis Praepositus Vigilantissimus, Serenissimo Principi, Duci Megapolitano ADOLPHO FRIDERICO, gl. memoriae, a Confessionibus sacris, qui Vir doctus olim in lucem publ. edidit: *Meditationem Eucharisticam*: *Virum* fides Christiani, corpus & sanguinem Christi in s. coena verè praesentia credentis, tutior; num vero, quae coelos transuolare, Christi que corpus comprehendere conatur, sit firmior? Quod scriptum B. Dn. D. IO. FECHTIVS, data occasione, hoc ornauit encomio: *Stilo* longe elegantissimo, & eruditione solida materiam istam, eo modo, qui temporibus istis familiaris fuerat, pertractat. Nominandus est pariter alter *Abauus* in linea Materna Dn. HENRICVS CAMERARIVS, Iuris in Alma nostra Antecessor olim famigeratissimus, Serenissimorumque Ducum Luneburgensium ac Pomeraniae Consiliarius splendidissimus magnaefque fidei.

Horum inclytorum Maiorum vestigia, vt eorum virtutes imitaretur, ob oculos habuit a prima iuuentute beate *Defunctus*. Beneficium certe diuinum debet reputari, ab iis natum esse, quorum honestorum conaminum virtutumque exempla extimulare nos possunt, vt eo pariter eniti studeamus. Exemplorum enim sicut ad male agendum, ita potius ad bene agendum, magna vis est in animis mortalium. Vnde Apostus de se ita ait. II. *Tim.* 1. 3. *Gratiam*, habeo DEO, cui *Seruo* *ibid.* v. 5. *in memoriam reuocans eam*, quae in te est, *infucata* *fidem*, quae inhabitauit prius in *Auia* tua, *Loide* & *matre* tua *Eunike* &c. O felicem ergo illum, cui contigit, parentes habuisse tales, qui & doctrina admonitioneque & propriae piae praxeos incitamento illum ad timorem numinis vitaeque rectitudinem manu quasi duxere!

Parentes igitur *b. nostri Theologi* hunc suum filium, statim post natiuitatem renasci, Christo & Ecclesiae inferi, & sacri baptismi lauacro Christianismo initiari pie curarunt. Postea, vt tenera eius aetas bene formaretur, intermiserunt nullam in educando industriam. In Schola priuata domestica illum inprimis litterarum pietatisque fundamentis institui procurarunt per aptos Informatores, quorum directioni filios optimos commiserunt. Vfus itaque est ὁ μακαρίτης non sine insigni fructu, institutione HENRICI WILHELMI ENGELBRECHTII, *Curoni*, NICOLAI LINDENBERGHII, *Rostochiensis*, IOANNIS SCHVBRINGII, *Pomerani*, IOANN. GERCKENII, *Rostochiensis*, IO. LAVBMEIERI, *Pomerani*, tandemque Beati IO. IOACH. WEIDENERI, *Rostochiensis*, qui postea S. S. Theol. Doctor & Professor in hac Alma fuit celeberrimus, ad Aedem Mariae Pastor meritissimus, & Reuer. Ministerii Director grauissimus. Hic quoque magnorum donorum meritorumque Theologus pie *Defuncti nostri* sororem germanam, Matronam viduam, quam DEVS familiae suae Honoratissimae diu sospitem conseruet, in matrimonium duxit, eiusque & affinis, & in officio ecclesiastico pariter ac academico, & in Facultate Theol. Collega factus est coniunctissimus. Huius B. WEIDENERI ductu, tunc Defunctus noster non minus Theologiae posuit, quam Philosophiae fundamenta, tractans PASCHÆ Logicam & Ontologiam, ITTERI Ethicam, PRÆTORII Philosophiam Moralem & Politicam, SPERLINGII Physicam, & WEISII Scripta Oratoria. Theologiae fundamenta itidem tunc didicit e DIETERICI Catechesi, D. FECHTII Collegio Thetico - Antithetico & D. SCHOMERI Collegio Recent. Controv. quod tunc in MSCto latens, postea vna cum aliis Schomeri Collegiis lucem publicam vidit, adcurante B. D. HENR. ASCANIO ~~ENGELBRECHTII~~, *nostri Theologi* Fratrem natu maiore, quem in initio statim huius Programmatis nominauimus.

Hac praeparatione optime instructus HERMANNVS CHRISTOPHORVS, hanc adiit Academiam, matriculaeque, Rectore Magnifico, D. CHRIST. HENR. TIELCKENIO, Oratoriae Professore celeberrimo, insertus est anno 1705. cum annum ageret aetatis XVII. Statim post aduentum suum, dirigente ita Fratrem natu maiore, *B. Dno. Superintendente*, interfuit B. HABICHORSTII Collegio disputatorio in August. Confessionem, aliisque eiusdem Theologi Lectionibus, audiens praeterea D. FECHTIVM, QVISTORPIVM, STARCKIVM, & in Philosophicis D. TIELCKIVM, Fratremque tunc Philos. Magistrum, HENRICVM ASCANIVM. Sub cuius quoque praesidio, ut Respondens defendit e publica cathedra *dissertationem Anti-Gassendianam*. Proprio deinde Marte conscriptam *Exercitationem theologicam: de Praeadamitismo, recens in crustato*, sub B. D. FECHTII praesidio ad Cathedram publicam detulit masculaeque defendit; quam & alio tempore supplemento a se auctam recudi curauit. Ad Academiam vero Lipsiensem hinc se contulit, audiuitque ibi, cum insigni studiorum incremento, B. D. ITTIGIVM & SELIGMANNVM. Inde Ienam contendit, vbi tunc Frater HENRICVS ASCANIVS commorabatur. Auscultauit ibi perindustriè in Philosophicis: HEBENSTREITIVM, TREVNERVUM, HAMBERGERVM, in Philo-

in Philologicis celeberrimum DANTZIVM, in Theologicis BECH-  
MANNVM & VELTHEMIVM. Pariter inuifit Academiam Halenfem,  
vbi compellauit famigeratiffimos eius Academiae Profeflores: BREIT-  
HAVPTVM, FRANCKIVM, THOMASIVM, LVDEWGIUM, ali-  
osque eruditos. Deinde ad Academiam Helmftadienfem iter fecit ibique  
in notitiam venit D. ANDREAE SCHMIDII, HERMANNI *von der*  
HARDT, aliorumque virorum eruditionis laude celebrium. No-  
tatu dignum eft, quod, cum in Academia Salana fubfifteret, amore ca-  
ptus fit ftudii luridici; adeo, vt miffum voluerit facere Studium The-  
ologicum. Verum a coepto deftitit confilio, cum id displicere simpli-  
citer amantiffimis parentibus animaduerteteret, diffuaderetque B. D.  
FECHTIVS, augur illi exiftens, fore, vt in Theologia fummos & pro-  
fectus & honores caperet, in publicum Ecclefiae Chrifti emolumen-  
tum, quod & diuinâ dirigente prouidentia, ita euenit. Theologiae  
ergo fe totum mancipaturus, Ienae *Magiftri* Gradum, fibi vltro obla-  
tum, poft confuetâ examina, adfumfit, fcholasque Philofophicas ipfe  
aperuit. Noftam poftea repetens Academiam, multo cum adplaufu in-  
ftituit praelectiones Philofophicas, Philologicas, & Criticas, in vsum  
Studiofae Iuuentutis, cui etiam vsque ad vitae exitum prodeffe non  
deftitit. Difputando quoque iam tum, quid fibi de ipfo orbis litteratus  
promittere poffit, fatis exferuit. E cathedra enim superiore binas de-  
fendit Difputationes fub rubro: *Scrutinium Philofophicum, nullum pleonafmum*  
*in Scriptura dari.* Iterum, duabus Difquifitionibus exposuit quaefitionem:  
*An Pythagoras profelytus factus, & confequenter faluatus fit?* Secuta eft Di-  
atriba: *De sexu fequiori eruditionis fama corufco.* Nec non *Differtatio con-*  
*tra Obferuatorem Halenfem: de miraculo dilacerati a Simfione inermi, leonis.*  
Tandem adiecit *exegeticam Differtationem*, exponens dictum *Hos. XIII.*  
*9. fub titulo: Lux in tenebris, per expositionem obfcuri oraculi Hofeani, de*  
*DEo Israelis perditore.* Ita fe *Magiftrum Philofophiae* legentem do-  
ctiffimum exhibuit.

At vero praeludia haec erant; maiora de illo cunctis fponden-  
tia. Eruditione enim ifta clarus latere non poterat, oculos potius pu-  
blici animosque Fautorum in fe defigebat; ita, vt dirigente DEO, via  
Ipsi panderetur ad publica, in quibus vberiore cum fructu Ecclefiae  
& Academiae operam nauare poffet, officia. Factum ergo eft, vt anno  
1699. d. vi. Nouembris ab Ampliff. & Prudentiffimo Senatu hu-  
ius vrbs, praeuia concione dokimastica, Dom. XXIII. poft Trinit.  
ordinariaque electione, vocaretur ad *Paftoratum* ad Aedem Div. Io-  
annis. Ad hoc officium rite ordinatus d. xviii Decembris eiusdem  
anni, die xxii. eiusdem mensis introductus eft a B. IO. NICOL.  
QVISTORPIO, S. S. *Theol. D. & Profefl. ad Aedem Nicolai Pastore & Reu.*  
*Minifterii Superintendente grauiffimo.* Quo facto, officium exorfus Dom.  
IV. Aduentus eiusdem anni, die III. Ianuar. fequentis anni in R. Mini-  
fterium receptus eft. Huic ergo ecclefiaftico officio, per gratiam DEI,  
fedulus animarum pafior xxxi. annis, cum multa benedictionis diuinae  
foenore, praefuit. verum, cum etiam Academiae inferuendi pol-  
leret

(C)

leret & desiderio & facultate, a S. Reu. FC. Theologica, a qua iam ante vocationem ad Ministerium ecclesiasticum ad examen rigorosum erat, admissus, vt Doctoris Theologiae gradum sibi impertiret, decenter petiit. Vnde anno clōccc. d. 30. Martii inauguralem suam Disputationem, qua IO. CLERICI in Scripturam iniuriam opinionem: quod *ἀνθρωποπαθείαν* sint vestigia gentilismi, docte refellit, sub praesidio B. D. IO. NICOL. QVISTORPII, publice ventilauit atque defendit, eodemque Brabeuta tiaram Doctoralem accepit. Nec illo honore tituloque sine vsu maectatus fuit. Ampliſſ. enim & Prudentiſſimus huius Vrbiſ Senatus poſt vi. annos, nimirum clōcccxvi. Illi concedidit Professionem Theologiae Publ. Ordinariam, quam vacuum reliquerat B. D. ZACHARIAS GRAPIVS, Theologus immortalis gloriae & celeberrimi nominis. Hanc spartam itaque academicam ſuſcepit d. xx. Febr. eiusdem anni, Inaugurali oratione recitata: De *idea Professoris Theologi*. In Reu. Concilium introductus & receptus eſt a Rectore tunc Magnifico, DN. M. P. PETRO BECKER, *Matheſeos Prof. Publ. Ordin. Famigeratiſſimo, ad templum D. Iacobi Paſtore meritiffimo, R. Ministerii Directore Grauiſſimo, totius Academiae & Collegii Dn. Professorum Ampl. Senatus, Seniore Venerabili, Fautore & Patruo noſtro Honoratiſſimo.* Huic Officio academico *B. noſter Theologus* cum optima laude ſummisque meritis praefuit prope xxvi. annis; Siquidem hoc anno clōcccxl. die xi. Ianuar. diem vltimum obiit. Rector Academiae fuit quater, electus nempe *Dionyſii die*, per ſemestre hybernum, ao. clōcccxxi. ao. clōcccxxvii. ao. clōcccxxxiii. & vltimum ao. clōcccxxxix. Publica laborum academicorum ſpecimina, ſolide omnia elaborata, uti monuimus, hoc loco non recenſemus. Hoc tamen praetermittendum non eſt, quod *Vir beatus* literatiſſimus, in perlegendis iis, quae lucem publicam ſubinde adſpexerunt, ſcriptis, inſatiabilis fere fuerit, & bibliothecam ſibi multo aere comparauerit, & ſelectam & numeroſam, de qua, quod diſtrahi debeat, cum prolem maſculinam non reliquerit *b. Defunctus*, dolendum fere eſt. Anglicam quoque linguam optimo cum ſucceſſu, iam ſexagenario maior, diſcere coepit. Id quod ad SEBASTIANI KORTHOLTI, de *ſtudio ſenili*, commentationem ſupplementum fieri poterit. Haec de vitae curriculo *B. Noſtri Theologi* ſufficerent, niſi quoque aliquid eſſet adiiciendum de ſtatu Eius coniugali domeſticoque, & de vltimis, beatam eius *ἀναλυσιν* proxime ſpectantibus.

Nimirum, poſtquam officio Eccleſiaſtico admotum ſe vidit, thori quoque ſociam quaefuit. Itaque An. clōccc. d. xv. Maii honeſtiſſimum coniugium iniuit cum Virgine tunc nobiliſſima & virtutum omnium decore commendatiſſima, AGNETA CATHARINA BESELINEN, *Viri Praenobiliſſimi, Conſultiſſimi & Ampliſſimi, Dni. IO. IOACHIMI BESELINEN, I. V. Licentiat, Conſulis huius Vrbiſ, Coenobii quoque Ribbenitzenſis Prouiſoris meritiffimi, grauiſſimique Filia vnica, cui nunc moeſtiſſimae, optimi ſui mariti obitum acerbiffime lugenti Viduae ſolatum diuinum toto pectore precamur.* Hoc interim coniugio *B. Defunctus* adſociatus eſt ſplendidiſſimae & antiquae, ſi quae vna, BESE-

BESELINIANAE Familiae, quae ultra 2 Secula heic floruit, & quam ornat hodie, modo laudati B IOANNIS IOACHIMI Filius D. VALENTINUS BESELIN, Consul & Proto-Syndicus huius Reipublicae Rostochiensis meritissimus, Iudicii Prouincialis Adfessor spectatissimus, Ictus longe celeberrimus, Fautor noster Honoratissimus; Qui Defunctum nostrum, suum adfinem pariter nunc sincere luget,

Felix autem & non infœcundum fuit, quod modo memorauimus, coniugium. Nata enim est piis Parentibus.

Anno MDCCXI. d. 23. Januar: Filia dulcissima WENDVLA ELISABETH, nupta Anno MDCCXXXIV. Viro Consulissimo & Prænobilissimo Dno. CHRISTIANO ANTONIO MANTZELIO, I. U. Doctore fulgidissimo & Vrbs huius primum Senatori, nunc Syndico dexterrimo.

Anno MDCCXIV. natus est Filius JOANNES CHRISTIANUS; qui autem in amplexibus Parentum non diu haesit, sed uolente ita Deo, præmatura morte ex hac aerumnarum valle abiit, cum quatuor duntaxat vitae annos expleuisset, cui bonæ spei puero Programma scripsit Rector tunc Academiae B. JOANNES ERNESTUS SCHAPERUS Med: D. & Prof. celeberrimus, Sereniss: Ducis Megapolitani Archiater & Consiliarius intimus, Æsculapius sui temporis. Filia ergo WENDULA ELISABETH, Matrona hodie virtuosissima, optimi Patris discessu iam acerbe contristata, unicum carum coniugii pignus restitit, quae autem, ceu modo diximus, feliciter elocata, suâ, quam à benedictione diuina accepit, prole dilectissimos exhilarauit Parentes. Peperit enim iisdem nepotes neptesque sequentes:

Ao. MDCCXXXV. CATHARINAM MARIAM, quæ tamen tenella adhuc ætate IV. annorum hanc vitam deseruit.

Ao. MDCCXXXVI. CHRISTINAM SOPHIAM, quam Deus ætate & virtutibus in dies crescere faxit.

Ao. MDCCXXXVII. HERMANNUM CASPARUM ANTONIUM, qui uero præmatura pariter morte obiit, postquam duos menses compleuisset, & octo tantum dies.

Ao. MDCCXL. CHRISTIANUM VALENTINUM, quem summum Numen conseruet, ut adolescat in honorem Dei, gaudium Parentum, & humanæ societatis plurimos olim usus!

Hos de stemmate surculos prognasci vidit lætus Auis, & utinam vidisset diutius. At aliter placuit rerum omnium Autocratori, qui suo nostros dies libro consignauit. Noster enim Theologus, quam etiam recte semper valuisset, infirmitates tamen quosdam paulatim coepit sentire. Bini forte anni exacti sunt, quod de stomachi doloribus,

(C) 2

& vo-

& vomandi conaminibus conqueri coepit. Hoc malum cum die vires sumere, roborque corporis *B. Viri* frangere deprehendebatur; Sic, ut solito lassiozem, anhelantem quoque & praecordiorum anxietate, & respirationis difficultate pressum illum viderimus.

Consiliis quidem medicis contumax malum cedere nolens, eo tamen non procedebat, ut *B. Theologum* lecto adfigeret, aut, quominus munia sua obiret, prorsum impediret. At opinione repentius inualuit ita, ut tandem animae exitum e corpore imperaret. Dominica I. Aduentus, nouum annum ecclesiasticum exorsus noster *Theologus*, publice pro cathedra Deum orauit, ne se diutius quam officio fungi aptus esset, seruaret superstitem. Interim sanctum natiuitatis Christi Festum bene transegit, sermonesque ad populum sacros habuit ipse, imo Dominica post Festum Natiuit. sacro officio defunctus est, verum aegrè admodum & cum sensu insignis virium debilitatis. Et ecce ille vltimus Eius fuit labor, biduo enim post fatis concessit. Nec quidem in illo biduo adeo grauiter decubuit, ut vitae conseruandae spes amplius non esset; tamen mortem forte suspicatus, tempestiue se voluit ad abitum parare. Accersiuit igitur Confessionarium suum *Virum S. Reu: Excell: & Amplissimum Dn. JO. CHRIST: BURGMANNUM S. S. Theol. Doct. & Professorem famigeratissimum, & ad Aedem Spiritus s. Pastorem religiosissimum, Fautorem & Collegam nostrum longe aestimatissimum.* Is, ubi accessit, Sacra synaxi decumbentem cibavit non solum, sed & piis meditationibus & colloquiis fidem eius confortauit. Se vero ipsum quoque postea, de rebus temporalibus nil quidquam memorans loquensue, erexit canticis & suspiriis calidissimis. Cordialia quasi illi fuerunt: *Herzlich lieb hab ich dich, o Herr. Vater in deine Hände befehl ich meinen Geist. & in ligato sermone: Herr meinen Geist befehl ich dir, mein Gott mein Gott, weich nicht von mir &c.* Inter haec suspiria, quorum fere vltimum hoc fuit: *Komm du schöne Freuden-Krohne &c.* pleno rationis feruidaue fidei vsu, placide & quiete obdormiuit, animamque suam Christo Redemptori tradens, hanc vitam cum longe meliori commutauit die II. Ianuar. anni coepti, aetatis suae laudatissimae annum agens sexagesimum tertium. Confirmat autem, quod de placido & beato *Viri* ex hac vita exitu diximus, modo laudatus *S. Reu: Dnus DOCTOR BURGMANNUS*, cuius hac de re calamo concepta verba ita se habent:

*Cognitionis veritatis secundum pietatem, partem haud postremam esse  $\delta\alpha\nu\alpha\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\nu$ , & in fructibus, quibus mataeologia quauis theologia vera dignoscitur,  $\epsilon\upsilon\delta\alpha\nu\alpha\sigma\iota\alpha\nu$  numerari debere, cum nemo temere nesciat: quis fuerit *Vir summus, Theologus quondam noster Senior*,  $\nu\omicron\upsilon\epsilon\nu\ \alpha\gamma\iota\omicron\upsilon\varsigma$ , haud aegre existimari potest. Quam enim ore scriptisque, in cathedra tam theologica, quam ecclesiastica professus sit doctrinam, ex ipsius  $\delta\alpha\nu\alpha\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$  conspici-*

citat. Qam vero <sup>ἑνὶ θανάτῳ</sup> <sup>ἑνὶ θανάτῳ</sup> docuerit, <sup>ἑνὶ θανάτῳ</sup> testatum facit eius-  
 dem. Vix novissima anni praeterlapsi die, eaque Dominia con-  
 cionem ultimam, velut cantionem cygneam, cum respirationis  
 difficultate & pectoris anxietate finiuerat, cum ad <sup>ἑνὶ θανάτῳ</sup>,  
 quampridem superioribus maxime mensibus, meditatus erat, to-  
 tum se componeret. Proxima luce, quae nouum or diebatur annum,  
 expeditis publicis occupationibus festis, quas & morbus τοῦ  
 μακαρίτη & proprii muneris ratio mihi imposuerant, statim aduo-  
 laui ad Theologum pientissimum, ex quo meam illi praesentiam  
 non solum gratam, Sed & exoptatam fore, adceperam. Differui  
 cum eo per binas horas. Summa colloquii, si a paucis disces-  
 sero, <sup>ἑνὶ θανάτῳ</sup> absoluebatur. Dicit non potest, quam sedate va-  
 letudinem ingrauescentem ferret; quam obsequenter vitæ ne-  
 cisque Domino se submitteret; quam imperturbatus imminen-  
 tem ἀνάσσει ὀpperiretur; quanto ministerialis absolutionis et sa-  
 cramentalis epuli teneretur desiderio. Postero mane rursus  
 aduersus constantem viri laudatissimi animum sum admiratus.  
 Nec memoria excidere facile patiar. quam grauius hinc pec-  
 cata, hinc fidem confessus sit: quanta fiducia ad Immanue-  
 lem sibi natum datumque se receperit: quam intente DEVM  
 obtestatus sit, ut ei virtute sua in agone mortis subueniat, vi-  
 taeque gloriosae coronam gratiose donet. Ipse vicissim suppli-  
 cibus, ardentibus, intimisque his precibus utcunque responsurus  
 aurea verba Rom. VIII. 32: Wie sollte er uns mit ihm (seinem  
 Sohn) nicht alles schenken? in mentem ipsi revocabam, ut fidu-  
 ciam & fidei & spei ei confirmarem, utramque peccatorum re-  
 missione & S. coenae dispensatione obsignans. Post discessum meum  
 Theologus ceteris relictis optimus, omnes curas & cogitationes  
 in <sup>ἑνὶ θανάτῳ</sup> defixit, quam integro rationis, loquelae, sensuumque  
 usu instructus, opinione citius in Domino defunctus, in-  
 ter perpetua suspiria, Saluatoris merito consecutus est.  
 Theologus longiori vita dignissimus, de Ecclesia Euangelica,  
 Academia, Facultate Theologica, cœtu suo & memet ipso  
 præclarissime meritus. Benedictus sit Deus ille fidelis, cuius  
 promissiones in CHRISTO IESU sunt etiam atque Amen! E-  
 rrigat is benigne superstites moerore depressos, tantique viri  
 iacturam sarciat clementer!

Vt vero de morbi, cui tandem succubuit pie *Defunctus*, ratione, pluribus constet, communicandum quoque est, quod Medicus Eius, quem vltimum consuluit, *Vir* *Experientissimus*, *Excellentiss.* & *Amplissimus* **DNUS CHRISTOPHORUS MARTINUS BURCHARDVS**, *Medicinae Doctor* & *Professor Celebratissimus*, *Poliater* huius *Vrbis* *meritissimus*, *Fautor* & *Collega noster colendissimus*, calamo consignatum communicavit, sequentis tenoris:

*Affectus*, qui per biennium, aut ulterius, *Virum de Rep. literaria* & *Ecclesia Orthodoxa optime meritum afflixit*, *Hydrops Pectoris dicitur*. *Morbus*, in his certe regionibus, varius occurrens, aut, quia signis admodum obscuris distinguitur, sub habitu *Asthmatis Hypochondriaci*, *Scorbutici spasmodici*, *Palpitationis Cordis*, &c. facile imponens, & diligentiam Medicorum illudens. *Symptomata* certe, & molestia, de quibus *Venerabilis Senex* ultimis vita annis conquestus est, eo minus suspicionem deleterii huius mali excitare potuerunt, quo magis robusta gauderet natura, nullis unquam morbis tentata, multo minus fracta; praeterea tam accurate diareticas observaret regulas, ut quam natura bonitate firmam nactus erat sanitatem, illibatam facile tueri videretur: non enim vel gulae deliciis studebat, victu simplici contentus, vel vino indulgebat, ne in conviviiis quidem, quibus rarissime, invitatus licet, intererat, illud degustans, plane abstemius, cerevisiae probe coctae potum delicatissimis praeferebat, nisi quod spiritus vini gallici haustulo ad Concoctionis negotium promovendum, uteretur. Imo, quamvis lectioni, ac meditationi studiosissime vacaret, non tamen sedendo libris incumbere, sed erecto corpore pulpito assistens, consuetum Eruditis malum Hypochondriacum procul arcere allaborabat, institutis quoque eum in finem, quotidie fere, excursionibus, ut mediante exercitatione naturale corporis robur, & ut *Celsus* loquitur, longam adolescentiam servaret. Non tamen vel Corporis, consueta vires, nec vita ac diata innocentia praecavere potuere, quin circa tempus autumnale Anni **CIO DCC XXXIX**, pressorium perciperet sensum, instar pali infixi pectori inherens, per vices vero descendente, & Umbilicum aut Hypochondria affigentem, donec ructibus quibusdam explosis, aut Vomitu superveniente, tandem evanesceret; praeter insignem tamen virium prostrationem, tristitiam in animo relinquens, & pristinam alacritatem penitus dejiciens. Augebant hoc malum frequentes Cordis Palpitationes, & per vices tussis, plerumque sicca, aut parum mucidi circa fauces haerentis, expellens; nisi quod interdum & Vomitum praecursare, aut eundem proritate soleret. Mansit tamen, ut plurimum, appetitus integer, prouti id in Hypochondriacis etiam observamus, qui nonnunquam nimio gaudent, licet Chylificationis organa habeant labefactata, doloribus spasmodicis, ructibus, vomitibus, respirandi difficultate, aut anxietatibus praecordialibus, imo & Cordis Palpitationibus, haud infrequenter obnoxii. Sub hoc habitu incedens pestiferum malum, Hypochondriacam passionem mentitum est; Sed cum ista per intervalla, & saepe per aliquot menses inducias concedat aegrotis, ut animum recipere queant, in Nostro **ENGELCKENIO** rebelle persistit malum, quotidie per vices se exerens, & cum animi, tum corporis vires

successi.


successive magis depascens. Hydrops enim in Pectore sedem figens, si non plane inex-  
guabilis, plerumque tamen Medicorum aequae ac aegrorum spem frustratur. Lente equidem iste ser-  
pit, & nonnunquam pluribus annis utitur, priusquam suffocatum jugulet aegrotum; inter-  
dum tamen etiam breui eundem interimit, ut experti testantur Vratislavienses, in pecu-  
liari de Hydrope Pectoris tractatu. Hinc Beatus Vir, licet diuersos in Arte exercitatos ac  
Celeberrimos Medicos successiue in consilium vocauerit, praeterita quoque aestate aquas pota-  
uerit Pyrmontanas, usque iunxerit balneorum, quibus corpus immisit, usum, frustra-  
nea tamen omnia expertus est, de salute sua propterea penitus desperans, neglectis Medi-  
corum consiliis, naturae negotium unice relinquere decrevit.


Cum autem maritum frequenter ingemiscentem, & indies magis languidum ac  
victum, potissimamque diei partem in lecto trahentem cerneret Coniux fidissima, nunc mœ-  
rissima Vidua, meam quoque ante bimestre, aut quod excurrit, tempus, efflagitauit ope-  
ram, non sine lachrymis eiusdem miserias mihi exponens; cuius aequissimo ut satisfacerem de-  
siderio, ad aegrotum accessi in omnes morbi circumstantias curatius inquisiturus. Obtemperauit quo-  
que iste, & fidelem de morbo suo narrationem tradidit; in fine tamen adiungens, rebelle illud ma-  
lum esse, pharmaceuticis remediis, ut haecenus expertus sit, nullatenus debellandum. Hinc rarius  
& non nisi morbi atrociam urgente, praescriptis remediis, naturaliter quippe ab iis abhorrens, usus  
est. Mansit quoque morbus in eodem statu, donec circa Festum Saluatoris Natalitium, postquam  
secunda vice sermonem ex Suggestu sacro habuerat, subito ingrauesceret; praeter supra addu-  
cta incommoda maiorem pectoris angustiam, & quoties corpus parum moueret, suffocatori-  
am fere difficultatem inducens. Non tamen propterea à sacris officiis abstinere se passus est,  
sed Die xxxi. Decembris sermonem in Aede Johannaea quamuis non sine multo labore habu-  
it, postero quoque Noui Anni die idem officium praestiturus. Sed statim post finita sacra tan-  
tam virium prostrationem, tantamque spiritus angustiam experiebatur, ut locum non mutare,  
imo vix pedem proferre auderet, sine suffocationis periculo. Pulsus frequens, paruus, de-  
bilis, et vix perceptibilis, febris praesentiam indicabat, et de summa Naturae debilitate  
testabatur. Sine dubio ipsa vocis in Suggestu contentio, & simul ipsius coeli inclementia ube-  
riorem humorum ad pectus concitauit affluxum, ac subitaneum morbo praebuit augmentum.  
Nec laetiora fata attulit primus praesentis anni dies, potius in eo grauior, quod non nisi si-  
tum in lecto supinum aegrotum concederet; quoties enim delassatus parum ad latus corpus infle-  
tebat, mox difficilior spiritus suffocationis inferebat metum, confluentibus ad Mediastinum  
aquis, et sua mole Pulmonis succumbentis lobum prementibus eiusque officinam turban-  
tibus. Augebant mali taedium conatus vomitorii, anxietatibus praecordialibus stipati, nec  
ullum superuenientes vomitus amplius afferebant levamen. In tali statu etiam Die 2. Ja-  
nuarii persisit morbus, ad meridiem usque: Pomeridianis autem horis tantopere seruire cepit,  
ut ne supinus quidem decubitus respiracioni aliquam concederet libertatem; hinc unice ad ge-  
mitus ac preces conuersus, licet ipse ob spiritus inopiam alta voce recitare istas non posset, ver-  
bo tamen indicauit, quas ab adstantibus vellet recitari; ac in his piis exercitacionibus votis-  
que per plures horas, praesenti animo ad extremum usque habitum, perseverauit, donec tan-  
dem circa horam octauam vespertinam exspiraret.


Is ergo finis est exactissimi *Theologi*, cui, post sustentum certamen, coronam dedit summus Brabeuta. Memoria Eius semper virebit tam apud nos, quam in tota Ecclesia Lutherana, & litterato orbe, eritque in benedictione. Anima Eius refocilletur coram throno DEI, exanime autem corpus fruatur dulci requie vsque ad diem vniuersalis & vltimae *παλιγγενεσις*: Vos interim *Cives*, O. O. *Honoratis* *simi*, quum iusta vltima hodie exuuiis *B. Viri* persolueda sint, honorifico & frequenti comitatu vestro, quanti apud Vos sit nomen ENGELCKENIANVM pretii, demonstratum dabit, & exequiarum solemnita humaniter augebitis. Ut autem omnes, quisque suo tempore, placide & in Domino beate pariter obdormiamus, postque hanc turbulentam, longe meliorem consequamur vitam, faxit DEUS clementissime.

P. P. SVB SIGILLO RECTORALI,  
die XVII. Ianuar. A. O. R. c1610ccxlii.

Conventus erit in aede Mariana, ad horam primam.







LBMV Schwerin 33  
000 195 545





gicis celeberrimum DANTZIVM, in Theologicis BECH-  
M & VELTHEMIVM. Pariter inuifit Academiam Halenfem,  
ellauit famigeratiffimos eius Academiae Profeflores: BREIT-  
VM, FRANCKIVM, THOMASIVM, LVDEWGIUM, ali-  
ditos. Deinde ad Academiam Helmftadienfem iter fecit ibique  
n venit D. ANDREAE SCHMIDII, HERMANNI *von der*  
aliorumque virorum eruditionis laude celebrium. No-  
am eft, quod, cum in Academia Salana fubfifteret, amore ca-  
udii luridici; adeo, vt miffum voluerit facere Studium The-  
. Verum a coepto deftitit confilio, cum id displicere simpli-  
ntiffimis parentibus animaduerteteret, diffluaderetque B. D.  
VS, augur illi exiftens, fore, vt in Theologia fummos & pro-  
honores caperet, in publicum Ecclefiae Chrifti emolumen-  
d & diuinâ dirigente prouidentia, ita euenit. Theologiae  
tum mancipaturus, Ienae *Magiftri* Gradum, fibi vltro obla-  
t confuetâ examina, adfumfit, fcholasque Philofophicas ipfe  
Noftam pofttea repetens Academiam, multo cum adplaufu in-  
Philofophicas, Philologicas, & Criticas, in vsum  
, cui etiam vsque ad vitae exitum prodeffe non  
quoque iam tum, quid fibi de ipfo orbis litteratus  
tis exferuit. E cathedra enim superiore binas de-  
ab rubro: *Scrutinium Philofophicum, nullum pleonafmum*  
um, duabus Difquifitionibus exposuit quaefitionem t  
us factus, & *confequenter faluatus fit?* Secuta eft Di-  
ri eruditionis fama corufco. Nec non *Difertatio con-*  
enfem: *de miraculo dilacerati a Simfione inermi, leonis,*  
eticam *Difertationem*, exponens dictum *Hos. XIII.*  
*tenebris, per expositionem obfcuri oraculi Hofeani, de*  
Ita fe *Magiftrum Philofophiae legentem do-*

udia haec erant; maiora de illo cunctis fponden-  
i ifta clarus latere non poterat, oculos potius pu-  
torum in fe defigebat; ita, vt dirigente DEO, via  
ublica, in quibus vberiore cum fructu Ecclefiae  
n nauare poffet, officia. Factum ergo eft, vt anno  
nembris ab Ampliff. & Prudentiffimo Senatu hu-  
oncione dokimastica, Dom. XXIII. poft Trinit.  
ne, vocaretur ad Pastorum ad Aedem Diu. Io-  
ium rite ordinatus d. xviii Decembris eiusdem  
isdem mensis introductus eft a B. IO. NICOL.  
. *Theol. D. & Profef. ad Aedem Nicolai Pastore & Reu.*  
*ente grauiffimo.* Quo facto, officium exorsus Dom.  
em anni, die III. Ianuar. fequentis anni in R. Mini-  
Huic ergo ecclefiaftico officio, per gratiam, DEI,  
aftor xxxi. annis, cum multa benedictionis diuinae  
verum, cum etiam Academiae inferuendi pol-  
leret

(C)

